UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Practica Cancellariae Apostolicae Cvm Stilo Et Formis In Romana Cvria Vsitatis

Paulus, Hieronymus

Venetiis, 1572

Nota alia euindentialia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10350

Visual Library

mus omnino, prout ad id te ſponte obtuliſti, dimittere. Alioquin omni iuri tibi in eis, ſeu ad eas quomodolibet competenti cedere tenearis Nulli ergo &c

Quocirca &c. Mandamus quatenus vos &c. alias beneficium huiuſmodi per nos, vt præmittitur, reſeruatum, ſi tẽpore noſtræ huiuſmodi reſeruationis vacabat vel poſtea vacauit, aut cùm vacauerit, præfato N. poſt acceptationẽ eandem cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſupradictis autoritate noſtra conferre, & aſſignare curetis. Inducen. eum, vel dictum procuratorem ſuum eius nomine in corporalem poſſeſſionem beneficiorum, iuriumque, & pertinentiarum prædict. & defenden inductum &c. admitti Sibique de ipſius beneficii &c fructibus Non obſt omnibus ſupradictis Seu ſi eidem Epiſcopo vel quibuſuis &c.

Nota alia euidentialia.

NOta, quando impetrans petit ad collationem, tunc ſcribitur tribus iudicibus eiuſdem Diœceſis, alias ſemper ſcribitur ordinario niſi impetrans ſtetiſſet ꝑ triẽnium in curia, quia tunc etiam ſcribitur tribus iudicibus in Curia, vel extra Et poteſt recipere proceſſum in curia, ſi placet.

Nota, ꝙ quando impetrãs petit extra ſuã Diœceſ. tũc ſcribitur ordinario loci in quo impetratur. Sed ſi petat ad collationem ordinarii per, ſe tũc ſcribitur tribus Iudicibus in ſua Diœceſi.

Forma pauperum clericorum expectantium.

Innocentius &c.

DIlecti filii N pauperis clerici N. Diœceſis apud ſedem Apoſtolicam conſtituti ſupplicationibus inclinati &c Mandamus quatenus de vita, & conuerſatione ipſius N. qui, vt aſſerit, beneficium aliquod Eccleſiaſticũ non obtineat, & quem per certos examinatores ſuper hoc à nobis deputatos, de literatura examinari fecimus diligenter, quique in illa repertus eſt idoneus ad beneficium Eccleſiaſticum obtinendum ſolerter, ſi eũ vitę laudabilis, & honeſtæ conuerſationis eſſe repereritis, & beneficium aliquod Eccleſiaſticum non obtineat, aliudque Canonicũ non obſiſtat, ei de aliquod beneficio Eccleſiaſtico cum cu-